



**De conditionum speciebus tribus, conditione causa data,  
causa non secuta, ob turpem vel injustam causam, et sine  
causa, propositiones,**

<https://hdl.handle.net/1874/428361>


DE CONDI-  
 CTIONVM SPECIEBVS  
 TRIBVS: CONDICTIONE CAU-  
 SA DATA: CAUSA NON SECUTA,  
 OB TURPEM VEL INIVSTAM  
 CAUSAM: ET SINE CAU-  
 SA, PROPOSI-  
 TIONES:

Ad quas,

*Diuina Diuini Numinis fa-  
 uente gratia,*

PRÆSIDE CLARIS-  
 SIMO ATQVE CONSULTIS-  
 SIMO VIRO D. MATTHÆO ENTZ-  
 lino I. V. D. præstantissimo, & in celeberrima Tubingensi Acade-  
 mia LL. Professori ordinario, præceptore suo debita obseruantia  
 colendo, pro ingenij viribus, ad 16. Decembri, exercitij gra-  
 tia, hora & loco consuetis respondere -  
 conabitur:

VITVS BREITSCHVERT  
 BACKNANGENSIS.



TYBINGÆ, apud Georgium Gruppen-  
 bachium, Anno 1586.

D E C O N D I -

C T I O N V M S P E C I E R V S

T R I B V S : C O N D I C T I O N E C A V -

U A D A T A C A V S A N O N S E C V T A

O R T A R T E M V E L I N V I S T A M

C A V S A M E T S I N E C A V -

S A P R O P O S I T -

L I O N H E I

Adversus

D i v i n a D i v i n i N u m i n a S a

h u i c p r o p o s i t a

P R A E S I D E C L A R I S

S I M O A T O V E C O N S V L T I S

S I M O V I R O D I M A T T H A E O E N T I -

l i n e l . v . d . p r o f e s s o r i s i n r e l i g i o s a T a b u r g e n s i s A d v e -

s i t i s l . l . p r o f e s s o r i s o r d i n a r i i p r o p r i e t a r i i s u b l i m i s e o n s e n s u s

c o l l e g i i p r o f e s s o r i s i n d i s t r i c t u d i n i D e m m a r c e n s i s l i n e p r o -

p r i o r i s i n d i s t r i c t u d i n i D e m m a r c e n s i s l i n e p r o -

l i c e n t i a

V I V S B R E I T S C H V E R T

B A C H M A N O E N S I S

1786



T A B U L A E A P U D G E O R G I U M G I T T E N -

B A C H I U M A N N O 1786

# DE CONDI-

# CTIONVM SPECIEBVS

TRIBVS: CONDICTIONE CAU-

SA DATA: CAUSA NON SECUTA,

OB TURPEM VEL INIVSTAM

CAVSAM: ET SINE

CAUSA.

## DE CONDICTIONE

*causa data.*

Propositio I.



*MNE* quod datur, aut ob rem datur, aut ob causam: ob rem, aut honestam aut turpem: ob rem honestam datum repeti quomodo possit, videamus primò: quomodo ob turpem, deinceps.

2.

*Condictio causa data, causa non secuta civilis est, & in personam competit: ita nimium, si ob rem honestam datum quid sit, res verò vel causa vicissim non sequatur: veluti, si pecunia detur, ut filius emancipetur: ut seruus manumittatur: ut à lite discedatur.*

3.

*Id quod naturalem aequitatem continet: contra naturam enim est, alterum alterius damno locupletari.*

4.

*Vt verò hac conditio locum habeat, dominium in accipientem transferri oportet: aliàs non hac, sed rei vindicatione datum reperetur.*

D E C O N D I C T I O N E

5.  
*Causa etiam ut adyiciatur necessarium est, vel expresse, vel ita, ut ex certis coniecturis colligi ea possit.*

6.  
*Interdum, licet ab utraque parte, causa sit secuta, datum nihilominus recte condicetur, si videlicet ob falsam causam datum sit.*

7.  
*Quare si pecuniam liber homo, qui mihi bona fide serviebat, dederit, ut eum manumittam, licet manumiserim, liber tamen postea probatus si fuerit, pecuniam nihilominus condicet.*

8.  
*Qua ratione & is, qui cum se statu liberum esse putaret, libertas tamen ei pure relicta esset, decem dederit, cum iussus non sit dare, recte datum condicet.*

9.  
*Si heres sub conditione institutus, conditionis implende gratia quid dederit, & postea vel repudiet hereditatem, vel testamentum pronuncietur inofficiosum aut falsum, datum repeti potest.*

10.  
*Nihil verò refert, siue res mobilis sit siue immobilis (interdum enim & in ijs conditio locum habet) dummodo certa sit: Certi enim conditionis speciem hanc esse constat.*

11.  
*Eaque non solum in contractibus innominatis: sed & rerum permutationibus & nominatis, si pœnitere liceat, locum habet.*

12.  
*Quod in contractibus innominatis hactenus verum est, nisi in ijs species (facio ut des, vel facio ut facias) versetur.*

13.

*In acceptilatione tamen, licet factum contineat, aliter receptum est: si enim quis accepto tulerit debitori suo, ea lege ut expromissorem daret, nec ille det, condici ei, qui accepto sit liberatus, dici potest.*

14.

*Si mulier ei cui nuptura erat, cum dotem dare vellet pecuniam, quæ sibi debebatur, acceptam fecit, neque nuptiæ insecuta sunt, rectè pecunia condicetur.*

15.

*An autem in beneficiorum permutatione hæc condictio locum habeat, questionis est? Et locum habere verius videtur.*

16.

*Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares, quodnam genus conventionis sit, & te cessante, dare an pecuniam condicere possim queritur? Et aliam obligationem, quàm ob rem dati, re non secuta, non esse, ideoque condicere me posse traditum extat.*

17.

*Dotis nomine promissum, vel datum ijs personis, quæ iustam aetatem nondum habent, donec in eodem habitu matrimonij permanent, non repetitur.*

18.

*Si donaturus mulieri, iussu eius sponso numeravi, nec nuptiæ secutæ sunt, mulier condicet. Sed si pecuniam in hoc dedi, ut si nuptiæ secutæ essent, mulieri dos acquireretur, si non essent, mihi redderetur, quasi ob rem datur, cog, re non secuta, ego à sponso condicam.*

19.

*Ut & is, qui cum se debere mulieri existimavit, cum non deberet, iussu eius dotis nomine promisit & solvit, nuptijs non secutis, muliere exclusâ, rectè condicet.*

Dedi tibi pecuniam, ut Capuam eas, si parato tibi ad proficiscendum, conditio temporis vel valetudinis sit impedimento, ex capite pœnitentiæ repetere me posse, certum est.

Quòd si tamen sumptus & impensas ad profecctionem necessarias feceris, earum ratio habebitur, ut si datum aequent, conditio cesset.

Illud etiam quesitum est: utrum re promissa oblata, conditio locum nihilominus habeat? Nos aientem sententiam veriore esse putamus.

Dubitat etiam penes quem in hac actione periculum sit? Et penes debentem regulariter esse concludimus.

Datur possessio in super hac conditio fratri, qui quasi agnitus bonorū fratri contulit, si nō agnoscit: ei qui causa mortis donauit, si cōualuerit: cui de cuietione cauere recusatur: cui alienum quid datum est: ut & in procuratorem falsum domino ratum non habente, et cum qui rem donatam cum pacto non alienandi alienat.

Et tandem heredi & in heredem: non tantum ad res ipsas, sed & fructus & accessiones repetendas.

Cessat autem hac conditio, si aliud actum sit inter partes: si transactio interposita: si 30. annorum spacium effluxerit: si quis dederit, cum remunerari se putaret, vel quod amicum quem sibi futurum existimaret: alijsq. modis, quibus actiones personales extingui solent.

# DE CONDICTIONE ob turpem causam.

27.

**C**ONDICTIONIS ob turpem causam species sunt tres: aut enim ita datur, ut dantis sit turpitudine, non accipientis: aut accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusque.

28.

Si dantis solius versetur turpitudine, nulla competit repetitio.

29.

Et ita quidem, ut promissum non possit exigi, causa turpis etiam licet sit secuta.

30.

Queritur, numne turpes stipulationes sint ipso iure nullae, an vero per exceptionem elidenda? Et ipso iure nullas esse censemus.

31.

Quod si accipientis solius versetur turpitudine, non solum promissum non exigi, sed & datum repeti potest.

32.

Ut puta si dedi, ne sacrilegium facias, ne furtum, ne hominem occidas: Item si dedi, ut rem mihi reddas depositam, aut secundum me in bona causa iudices.

33.

Quo tamen casu constitutum est, ut is litem perdat, qui diffidentia iusta causa, in pecunia corruptela spem negotii reponit.

34.

Si indicium dedero, ut fugitivum meum indices: ut furem rerum mearum: non poterit repeti, quod datum est.



35.

*Iure tamen Canonico furem indicare cogor : item si iudex inquirat, vel grauius aliquod sit crimen.*

36.

*Quod si à fugitiuo meo acceperis ne eum indicares, condicere tibi hoc quasi furi possim : vel si ipse fur indicium à me accepit, vel furis, vel fugitiui socij condictio adhuc locum habet.*

37.

*Item si vestimenta vtenda tibi commodauero : deinde precium vt reciperem dedissem : condictione rectè agam.*

38.

*Id etiam quod Tyrociniy euitandi gratia dedi, legitime repeto.*

39.

*CAETERVM, vbi dantis & accipientis versatur turpitude, datum non posse repeti dicimus : veluti si pecunia detur, vt malè iudicetur : vt stuprum vel lenocinium committatur : vt deprehensus in flagitio dimittatur : quod verum est, nisi iusto mortis metu se redemerit.*

40.

*Generaliter quoque verum est ; ex iniusta causa datum repeti posse : veluti, id quod ex stipulatione per vim extorta solutum est.*

41.

*Competit hac condictio heredibus non turpiter dantis in heredes turpiter accipientis : ad fructus & accessiones, non etiam vsuras repetendas.*

42.

*Concurrit nonnunquam cum actionibus bona fidei : nonnunquam condictione furtiua : quandoq; etiam cum actione criminali.*

43.  
Expirat, prout cetera conditiones, 30. annorum spacio:  
non infamat: opinionem tamen turpiter accipientis gra-  
nat.

## DE CONDICTIONE sine causa.

44.  
**E**ST & hac species, utpote generalis, conditionis, si quis si-  
ne causa promiserit, qua quidem conditio latissimè pa-  
ret. Nam siue quis sine causa promiserit, siue soluerit indebi-  
tum: rectè conditioni sine causa locum esse dicemus.

45.  
Differt verò à conditione indebiti, quòd in illa sola quan-  
titas, hic autem & obligatio condicatur.

46.  
Est autem hac conditio civilis, naturalem aequitatem con-  
tinens, directa & utilis in personam, priuata & rei persecu-  
toria, competens, si nulla alia ex specialibus locum habeat, vel  
qua ex illis competens detur, probabiliter dubitari potest.

47.  
Estq; ei locus, quoties ob causam promisit quis, causa tamen  
secuta non est: ubi enim ex altera parte secuta est causa, solet  
agi conditione causa data: cum verò promissum tantum, hac  
generali conditione utimur.

48.  
Condicatur & id quoque hac actione, quod ex causa ad ali-  
quem peruenit, causa tamen habetur pro nulla, vel redit ad nõ  
iustam causam, aut ob impedimentum iuris sequi non potest.

Quare si fullo vestimenta lauanda conduxit: deinde amissis eis domino precium ex locato conuentus praestiterit, posteaque dominus inuenerit vestimenta, tam ex locato agere eum, quàm condicere posse constat.

Dissoluta quantitatris instrumentum hac cōdictione repeti posse, non est ambigui iuris.

Similiter si quid dotis nomine datum est, nuptijs propter iuris prohibitionem non secutis, huic cōdictioni locus erit.

In hac etiam specie si mulier, qua fundum in dote habebat, post diuortium in matrimonium rediens, pacta sit cum viro, uti decem in dotem acciperet, & fundum sibi restitueret, ac datis decem, priusquam fundus ei restitueretur in matrimonio decessit: ex bona fide est, ut fundus, quasi sine causa apud maritum sit, condicatur.

Consequitur etiam quis hac cōdictione, ut stipulatione in totum liberetur, si planè nil debuit, aut ex parte ea saltem qua fuit obligatus.

An tandem cōdictio haec contra sententiam intendi possit, variè disputatur? Nobis negatiua sententia verior videtur.

1.

**C**ORONIDIS loco communem illam Dd. opinionem,  
existimantium iustam ignorantiam à præscriptione tem-  
poris longissimi excusari, satis æquam esse censemus. Attamen  
nouissimis Impp. rescriptis, contrarium probari, disputationis  
gratiâ statuimus.

2.

Ex articulo, facio vt des, non minus quàm ex cateris actio-  
nem præscriptis verbis oriri, dici potest.

3.

Fauorem libertatis non impedire conditionem causa data  
causa non secuta existimamus.

F I N I S.

**C**ORDONIS non solummodo illius D. opinionem  
 existimant esse ad se referendam a perceptoribus  
 per hoc locum exceptis sed etiam esse censuram. At  
 non solummodo de hoc verum etiam de aliis aliis  
 gradibus.

Exemplum de hoc non solummodo est de aliis aliis  
 non solummodo de hoc verum etiam de aliis aliis  
 gradibus.

Exemplum de hoc non solummodo est de aliis aliis  
 non solummodo de hoc verum etiam de aliis aliis  
 gradibus.

F I N I S

non solummodo de hoc verum etiam de aliis aliis gradibus.

regibus: regnu  
in firma cadulu  
presertim cum  
admissionem  
liberacione reg  
minus prepedi  
at si prouideat  
no offensionem  
nastioz alioz uq  
um regni preser  
i exilfacrum ca  
qua sedantia na  
i 7 orphanorum  
regnum ac de  
bi recuperacione sa  
mo offidim' sit as  
i ad nos accesse  
i omagio unam  
i aliquibz forte  
i r' auqz alij per  
i m aut etiam ipi  
i naone summo  
eius 7 unam le

colunt antequam 7 fauorem  
rectissibz prouentibz omnibz  
q; presertim regni iuribz sine di  
minuacione aliqua plenarie ut  
pntentio ut rellis dicit regi  
secund' qd suam tunc extellen  
dam et sibi ac suis ac presertim  
regni iuribz pro tempore ac ne  
gotorum emigrationum qua  
libat ualeat prouide' anequum  
uenerabilibz subz: mis braci  
teri archiepo et ep'o colimb' eni  
damus mis litteris i preceptis  
ut uos ad id monitione pmissa  
pensionem exilfacrum applico  
ne tremota complamr. p' b' aut  
no i tendimus memorato regi  
u' eius legitimo filio si que  
libit' preiuriam regnum ad  
mer. s; p'aus sibi et cetera reg  
no restituti exposito ac nobis  
ipsis iura eiusde' regis p' solia  
iudicem et prudentiam commi

pupillu. s; rector. filius fa. s; n  
iusta re motus tonant' ual' et do  
natio ut dicit de ista sic ego ama  
to: iste tonare no pot' imo tenent  
renouare male alienata ut dicit  
i. v. reprob' reuocare 7 c. ai 7 re  
i. s; p'uidial' regni tonare no pot'  
de quod si fatis tenet renouare ali  
enacionem no obstant' unam

ten' reuocandis alienac' b. i. re  
iure iur' i rellato. ualiant' hoc e  
ca qd datur auctor' iste qz p' b' pro  
uicetur tam regi qm' regno. ne de  
ponatur reuocatur ut dicit sine  
assensu ai ip' plaus ut re. n. osti  
p. d. e. reuocatur. subign' h

106A - 78

